



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

Liber Septimvs De Sacramento Matrimonii, & Sponsalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

LIBER SEPTIMVS.

*De Sacramēto Ma-
trimonij, et spō-
salibus.*

Quid sit Matrimonium.
Cap. I.

Matrimonium est contra-
ctus viri & fœminæ le-
gitimus, quo mutua con-
suetudinum traditur potestas, gratia
spiritualis collatiuus. Matrimonium
nouæ legis in tribus differt a
Matrimonio veteris legis, & inf

dein
uæ le
gratu
ius a
rii si
zelo,
bona
omn
Matr
nunc
uit
esse f
tutum
Sess.

Dee

S
trim
natu
rum
Min
teria

delium. Nam Matrimonium nouæ legis est Sacramentum gratiam gratum facientem conferens, cuius actus coniugales sunt meritorii si fiant ex debito fine, ut iustitiæ zelo, & religione, non secus ac alia bona opera facta in gratia, quibus omnibus veterum, & infidelium Matrimonia carent. Hæretica est nunc Durandi opinio, qua negauit Matrimonium Euangelicum esse sacramentum à Christo institutum, & gratiæ collatiuum. Trid. Sess. 24. c. 1. & Sess. 6. & 7.

De causis Matrimonii. Cap. 2.

Sacramenti Matrimonii quatuor sunt causæ. Efficiens, sunt contrahentes quatenus matrimonium est quidam cōtractus naturalis, quatenus verò sacramentum Deus est causa principalis, Minister causa instrumētalis. Materia est cōsensus interior vtriusq;

coniugum. Forma sunt signa exteriora, vel verba, aut nutus, quibus exprimitur consensus, siue contrahentes ea faciant per se, siue procuratores. Finis triplex, bonum prolis, concupiscentia remedium & mutua viri & vxoris obsequia ante Concilium Tridentinum legitur, id est curatus, & testes non erant necessarii, post vero sine talibus nullum est atque irritum sacramentum Matrimonii, & requiritur minimum duo testes.

De impedimento erroris, & conditionis. Cap. 3.

Matrimonii impedimenta sunt in duplici differentia, quaedam enim impediunt contractum & contrahendum, quaedam contrahendum duntaxat. Contrahendum, & contractum impediunt, quae sequentibus capitulis continentur impedimenta.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.

Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.

Si sis affinis, si fortè coire nequibus,

Hæc celebranda vetant conubia, facta retractant.

*Error, hic error est, qui in substantia personæ contingit, vt Rachel pro Lia, non autem qui in sola qualitate, vt si quis ducat quam putabat esse virginem, aut nobilem, nisi qualitas cadat in personam. * Conditio, impedimentum conditionis quatuor dictis declaratur. * Primò, Matrimonium potest esse inter seruos, & etiam inter seruos & liberos, vel contradicentibus seruorum dominis. * secundo, quoties intercedit error conditionis; nec deterioratur errantis conditio, matrimonium tenet, vt si seruus ducat seruam, putans esse liberam, idem dicendum si

melioretur, vt si ducat liberam, putans esse seruam. *Tertio, Cū erroris conditio deterioratur, non tenet: vt si quis ducat seruam, putans esse liberam, ne quidem si dominus eam postea manumittat, nisi accedat nouus consensus vtriusque. *Quarto: si cognita conditioe deteriori, post contractum matrimonium, iterum habeatur copula affectu maritali, erit matrimonium saltem in foro exteriori.

De impedimētis Voti, & cogitationis. Cap. 4.

Votum solemne Religionis approbatæ (exceptis SS. Dominici, ac Franc. tert. ord. fratribus) & votum simplex Societatis Iesu, & votum solemne ordinis maioris impediunt matrimonium, & dirimunt, & clericus vel Monachus contrahens in-

currit excommunicationem latæ
sententię, que reseruat Episco-
po, & per votum hic intelligitur,
tam expressum, quam tacitum: vt
quod fit post primum probationis
annum eo ipso quo quis actum
professi facit, & pro professo se ge-
rit. Cognatio est triplex, Spiritua-
lis, Legalis, & Naturalis. Cognatio
spiritualis post Concilium Tridé-
tinum est tantum inter baptizan-
tem & baptizatum, & patrem &
matrem baptizati, & inter com-
pares, seu susceptores, qui duo
tantum esse debent, & baptizatum,
& patrē & matrē baptizati. Quan-
do verò patrini mittunt procurato-
res ad suscipiendum, procurato-
res ipsi contrahunt, si velint con-
trahere, non patrini. Cognatio le-
galis nascitur ex adoptione alicu-
ius in filium, & est triplex: Prima
inter adoptantem, & adoptati fi-
lios, & nepotes vsque ad quartum
gradum. * Secunda inter filios le-

gitimos adoptantis, & ipsum adoptatum.* Tertia inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter adoptantem & vxorem adoptati.* Primus & tertius gradus sunt impedimenta perpetua, nisi fiat per Papam dispensatio: * Secundus non impedit mortuo patre, vacante eius cura.

De Cognatione naturali, & consanguinitate. Cap. 5.

Cognatio naturalis est vinculum multorum ab vna stirpe descendentium. In generationibus enim est duplex linea, recta, & transversalis: Recta est, quando multi ab vno descendunt, quorum vnus ab alio successiue procreatus est, vt à patre filius, à filio nepos, & à nepote pronepos. Transversalis est secundum quam multi ab vno descendunt, non tamen vnus ab altero, vt à patre duo filii

ex v
filii e
autem
cognat
uanda
nume
perfor
gratia
perfor
de pat
gradu
transf
bus p
ratim
quo s
coniu
verbi
us pat
in pri
erunt
neat
perfor
scend
si vna
motio

ex utroque latere, ex his alii duo filii e regione, & sic deinceps. Ut autem gradus huiusmodi optime cognoscantur, tres regulæ obseruandæ sunt. * Prima, Tantus est numerus graduum, quantum est personarum, una dempta, verbi gratia, Pater & filius sunt duo, una persona dempta, remanet una, unde pater, & filius erunt in primo gradu. * Secunda Regula pro linea transversali est hæc, Propositis duabus personis ab una radice separatim descendentes eo gradu quo sunt cum communi radice coniuncti, eodem sunt inter se verbi gratia; sunt duo fratres unus patris, quia pater & filius sunt in primo gradu, in primo pariter erunt illi fratres. * Tertia. Pro linea transversali, propositis duabus personis ab una communiter descendentes, sed non ab inuicem si una est propinquior, altera remotior illi radici, erunt ambo in

eodem gradu, in quo remotior :
 xempli causa : filius vnus fratris,
 & nepos alterius fratris : quia ne-
 pos est in tertio gradu cum proa-
 uo, & inter se pariter in tertio e-
 runt, nam remotior gradus trahit
 minus remotum. Hinc fit, quod
 si aliqui fuerint ex vna parte in se-
 cundo vel tertio gradu, ex alia au-
 tem in quarto, petitur à Papa dis-
 pensatio pro quarto nihil adden-
 do vel dicendo de gradu propin-
 quiori. Quando dicitur matrimo-
 nium prohibitum vsque ad quar-
 tum gradum seu cognationem vs-
 que ad quartum gradum, impedi-
 re & dirimere matrimonium, in-
 telligitur in linea transversali, nam
 in recta, non valet nequidem in
 gradu remotissimo.

De impedimento criminis.

Cap. 6.

Matrimonium homicidio,
& adulterio impeditur
quatuor his modis. * Pri-
mò, Cum alter coniugum cū ter-
tio quodam conuenit, vt alterum
coniugum occidat, & realiter oc-
cidit, ea intentione, vt inter se pos-
sint contrahere. Secundo : Quan-
do alter coniugum per se, vel per
alium alterum occidit coniugem
vt cum adultero contrahat, etiam
adultero nesciente. * Tertio, Cum
alter coniugum adulterium com-
mittit & promittit ei, cum quo a-
duleratur se contracturum post
coniugis obitum. * Quarto, Quan-
do alter coniugum, qui per verba
de præsenti cum aliquo iam con-
traxit matrimonium, cū alio sub-
inde etiam de præsenti contrahit,
& habet copulam, tunc mortuo
etiam priori coniuge, isti contra-
here nequeunt, si vterque fuit cri-
minis conscius, in eis ergo omni.

bus crimen hoc, sic impedit matrimonium.

De impedimento disparitatis cultus. Cap. 7.

Hoc capitulum quatuorab-
soluitur propositionibus.
*Prima Non bap. non po-
test contrahere cum baptizata, &
contra, & si contrahunt, matrimo-
nium nullum est, etiam si essent ec-
thecumeni, & fidem haberent in
corde. Cum hæretico est peccatum
mortale contrahere, sed tenet cō-
tractum quia etiam hæreticus, &
apostata est baptizatus. * Secunda.
Quando ambo infideles coniuges
conuertuntur ad fidem, debent in
suo matrimonio perseuerare, etiam
contra ius canonicum contraxe-
rint, vt puta in secundo, tertio,
vel quarto affinitatis gradu, in pri-
mo namque est contra ius natu-
ræ, ideo non teneret, & qui plures

duxit
mam

*Terti
deliur

vult si

conu

tam d

si vult

si tale

serui

fidem

conu

fœmi

de in

cipiis

non i

conu

De V

N

null

duxisset vxores, potest solam primam retinere ob eandem causam.

*Tertia, Cum alter coniugum infidelium conuertitur, & infidelis vult sine Dei offensa habitare cum conuerso, debet hic cum illo vitam degere, alias, illum relinquat si vult, & nubat alteri. * Quarta, si tales infideles fuerint Iudæi, vel serui Christianorum, & alter ad fidem accedat, tunc paruuli filii conuersum sequi debent, etiam si fœmina fuerit. Idem dicendum de infidelibus Christianorum mācipiis, de cæteris autē infidelibus non ita, filii enim sequuntur patrē conuersum non matrem.

De Vi, & ordine, impediētib.

Cap. 8.

Matrimonium per vim, & metum contractum, licet interior fieret consensus, nullū est. Intelligitur autem hoc

dictum de metu in virum consti-
tem cadente. Si autem post violen-
tiam, vim passus, consentiat, verum
erit matrimonium, & tale etiã in
foro exteriori existimabitur, si post
violentiam intercesserit copula.
modo tamen alter coniugum
viroque hoc euentu etiã per-
ueret in suo consensu. Ordo sacer-
Subdiaconatus, Diaconatus, & Sa-
cerdotii, si voluntarie ante matri-
monium fuerint suscepti, dirimunt
contractum, & contrahentes sunt
excommunicati, vt libro 1. videtur.
licet, quæ excommunicatio est
piscopalís, incertum tamen est
contrahant irregularitatem.

De impedimento ligaminis.

Cap. 9.

Ligaminis impedimentum est
matrimonium ipsum iactum
tamen, non consummatum. hoc
enim sic ligat contrahentes, vt nec

ter cum altero contrahere possit,
& si contrahant, nullum sit, etiam
si secuta fuerit copula. Quando
alter coniugum cum alio contra-
hit, quia probabili existimatione,
quam vir prudens probabit, credit
alterum coniugem esse vita fun-
ctum : quamuis viuat, non peccat,
etiam si reddat debitum, & petat.
Quando autem viuus reuertitur,
tenetur redire ad primum, & hic
suam coniugem recipere tenetur,
nisi comperiat copulam habuisse
cum secundo, postquam sciuit se
esse superstitem, quod si dubium
tantum esset an prior maritus es-
set mortuus, nisi posset reddere
debitum, non tamen petere.
Quando verò alter coniugum cū
altera contrahit, putans suam v-
xorem viuere, quæ in rei veritate
mortua est, non est matrimoni-
um, quia inter hos non marita-
lis, sed fornicarius est consensus,
modò tamen talis sit vt existimet

se, viuente prima, non posse ducere secundam, alias enim validum est.

De impedimento iustitiae publicae honestatis. Cap. 10.

EX matrimonio rato non cōsummato, & ex sponsalibus confurgit hoc impedimentum: qui enim cōtraxit, vel tantū sponōdit cum aliqua contracturum, ante Concil. Tr. non poterat contrahere cum consanguinea ipsius, nec ipsa cum consanguineis sponsi usque ad quartum gradum: post Concilium verò impedit tantum in primo gradu: & si sponsalia non fuerunt valida, non inducitur ex ipsis hoc impedimentum.

De impedimento affinitatis. Cap. 11.

Affinitas

Affinitas est cognatio ex copula carnali naturali completa, seu in qua vir seminet procedens; quæ si licita sit, vt inter coniuges, extenditur vsque ad quartum gradum si illicita vsque ad secundum. Quando verò affinitas superuenit matrimonio iam rato, non soluit, sed qui in culpa fuit sine dispensatione non potest petere debitum: quando verò copula habetur inter sponsalia, impedit matrimonium contrahendum. Quando autem impedimentum honestatis, & affinitatis simul incidit tunc petens dispensationem vtrūque manifestare debet, alioquin inualida dispensatio; & qui inter sponsalia rem habuit cum matre, vel sorore sponsæ, ratione affinitatis non potest cum sponsa sua contrahere, ratione vero honestatis non potest nec cum matre, nec cum sorore, & si tentet,

Ed

quamuis inde suscipiat filios, nulla est matrimonium.

De impedimento impotentia.

Cap. 12.

Impotentia impediens, & dirimens est, cum semen effundere non potest, ut à castratis, & que testiculo, & frigidis, aut masculificatis, vel à fœmina recipi in contrastra naturalia, quia arcta nimis. Hoc tamen impedimentum in matrimonio rato superueniat, & sit temporale, non dirimit, ne quis tunc esset Eunuchus, cogitans vxotem peccaret: sciens autem, & contrastras, matrimonium nullum est. Sed si sit perpetuum, & iura conceduntur annuum ad probandum.

De impedimentis conditionibus raptus. Cap. 13

Conditio hæc quadruplex esse potest: * Prima contra bona matrimonii, vt puta contra prole, fidē, & indissolubilitatem, & hæc matrimonium annullat. * Secunda. Est turpis, quando sub conditione aliquod malū ponitur, vt ducam te, si furata fueris mille aureos: vnde etiā tunc nullū est matrimoniū, saltem in foro exteriori, quia conditio turpis habetur pro nulla, est tamen in interiori, si fuit verus consensus. Tertia est impossibilitas, vt ducam te, si pater tuus consentiat, cum tamen pater eius sit mortuus, & mortuum esse sciat, & hæc, matrimoniū etiā, non impedit si fuit verus cōsensus internus. Quarta. Est honesta, eaque duplex. Vna de præfenti, vel præterito, vt contraho tecum si es diues, vel si patrem conuenisti, & stante conditione tenet matrimonium. Alia de futuro, vt contraho tecum si mihi

dederis centum aureos: & in hoc
 ante conditionem impletam nul-
 lum est matrimonium: ea verò
 impleta si maneat consensus, vali-
 dum est, si tamē interim vnus spō-
 sorum cum altero contrahit de
 præfenti, valide e contrahit, sed pec-
 cat grauiter. Rapiens fœminam e
 domo, vel à parentum cura, ipse
 inuitis, nunquam potest cum rap-
 ta contrahere, antequam restituat
 immo est excommunicatus, vt su-
 lib. 1. & perpetuò infamis, ex Con-
 cil. Tr. sess. 24. cap. 6.

*De impedimentis secundi generis
 quæ impediunt matrimonii
 cōtrahendū. Cap. 14. & 15.*

Impedimēta, quæ impediunt cō-
 trahendum, & non dirimunt
 cōtractū, sunt quinque Inec-
 dictum, votum, Sponsalia, Cat

chismus & Crimen. Episcopo nãque matrimonium interdicente, mortale est, si fiat; & qui habet castitatis, vel religionis votum, peccat contrahendo, & consummando, nec qui vouit castitatem, potest debitum petere sine dispensatione Episcopi. secus tamen de eo qui vouit tantum religionem, & vterque mortua vxore debet votum adimplere. Sponsalia similiter impediunt, nam qui cum aliqua de futuro contraxit, non potest cum alia sine causa. de præfenti contrahere. Idem dicendum de susceptore in catechismo, si enim contrahat cum catechizata, peccat mortaliter. Crimen est sex-ruplex, Incestus cum consanguinea coniugis vsque ad quartum gradum: Vxoriciidium, Raptus alienæ sponsæ: susceptio proprii filii mala intentione, videlicet, vt contracta cognatione debitum vxori non reddat. Presbytericidi-

um, & Sacrilegium. vt si quis monachalem in vxorem duxerit. hęc ergo omnia impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum.

De Spōsalibus, & quibus modis contrahantur. Cap. 16.

Sponsalia sunt * promissiones mutue cōtrahētū, futuri matrimonij, signo sēfibili expressæ. Quæ quidem in omnibus casibus & impedimentis, in quibus matrimonium non potest fieri, nulla sunt, & ante septennium inualida. Quatuor solent fieri modis. * Primo. Per absolutam & simplicem promissionem, sine conditione & nullo onere. * Secundo. Per absolutam promissionem cum onere, vt iuramento, munere, vel onere aliquo accedente. * Tertio. Per conditionariam promissionem, & est quadruplex, vt supra cap. 15. Quatuor

to. Fiunt per virtualem promissionem, nempe, cum duo impuberes, vel alter tantum, contrahunt de presenti, tunc enim non matrimonium, sed sponsalia dicuntur: anni autem pubertatis in fœmina sunt 12. in maribus 14. & ante nō est matrimonium.

De differentiis matrimonii, & sponsalium. Cap. 17

Tres sunt differētiæ. Prima quod matrimonia clādestina sine testibus & parochonullam habeant efficaciam; spōsalia verō clandestina à Conc. Trid. nō annullētur. * Secunda, Matrimonium nō potest contrahi nisi post annos pubertatis contrahentium, sponsalia verō contrahi possunt statim post septennium. * Tertia, Sponsalia soluuntur in septemdecim casibus; in quibus matrimonium indissolubile manet, sunt

autem hi casus. * Primus quando sponsi mutuo promissionem sibi condonant. * Secundus cum alter ingreditur religionem, illico enim soluuntur sponsalia, etiam ante professionem. * Tertius per ordinis sacri susceptionem. * Quartus per votum simplex castitatis alterutrius, si ante sponsalia emissum erat, secus si post, in quo tamen alia est ratio voti religionis, nam etiam tunc tenetur ingredi. * Quintus per matrimonium de presenti cum alio, vel alia. * Sextus cum alter spōsorum proficiscitur in longinquam regionem, ex qua non expectatur tam velox reditus. * Septimus cum supervenit affinitas. * Octavus quando sponsi nolunt ta habere sponsalia eorum nomine contracta ante annum septimum. * Nonus quando vno ex illis in culpa, non contrahunt matrimonium tempore statuto. * Decimus quando post sponsalia alter

incidit in morbum contagiosum,
 vel notabilem deformitatē. * Vn-
 decimus si vnus illorum fornice-
 tur nam tunc potest qui innocens
 est soluere sponsalia. Duodecimus
 cum alter illorū fit hæreticus aut
 infidelis. Decimus tertius si super-
 ueniat inter illos grauis inimicitia.
 * Decimus quattus si alter non stet
 conditionibus promissis, vel ex
 diuite tempore sponsalium, fiat
 pauper. * Decimus quintus si spar-
 gatur fama esse inter illos impedi-
 menta matrimonii. * Decimus sex-
 tus cum alter illorum asperior est,
 ac rigidior. * Decimus septimus a-
 liqua re superueniente, quæ si fuisset
 antea sponsalia, illi ex causa ra-
 tionabili non contraxissent.

*De peccatis, quæ in matrimonio
 committi possunt. Cap.*

18. & 19.

Contrahētes multis modis possunt peccare, nempe ex defectu requisitæ intentionis, vt si desit necessarius cōsensus, ratione finis indebiti, & impedimentorum tam impediētium, quàm dirimentium: & in dirimentibus solus Papa dispensat, & quidem difficulter admodum, quando in illis contraxerunt & addiderunt copulam, vt facilius Papa cum illis dispensaret. In vno autem casu potest Episcopus dispensare etiam in gradibus prohibitis nempe quando matrimoniū contractum est in facie Ecclesie, & impedimentum est occultum, & scandalosa esset separatio. nec est facilis ad Papam recursus ob peccatam, vel alia de causa. Nuptie vero ex parte modi contingunt etiam peccari in vsu matrimoniū.

* Primo ex defectu publicarū denuntiationum, quæ ter & consequenter diebus festis debent fieri

in Ecclesia inter missarum solemn-
 nia, nisi ex causa dispenset Episco-
 pus. *Secundo circa benedictionē,
 peccant enim sponsi, saltem venia-
 liter, si ante benedictionem matri-
 monium consumment, debet ve-
 ro hæc benedictio fieri ab ordina-
 rio, vel alio sacerdote de eius licē-
 tia: ita vt quiuis alius sacerdos sine
 illa præsumens illam adhibere, sit
 ipso iure suspensus quoad ordina-
 rio visum fuerit. * Tertio, circa tē-
 pus, si contrahant tempore prohi-
 bito, quale est ab aduentu ad Epi-
 phaniam, à septuagesima ad Do-
 minic. in albis, siue exclusiue siue
 inclusiue, pro ratione loci. Quarto
 ratione indispositionis, nam qui
 contrahit in peccato mortali pec-
 cat mortaliter.

De peccatis in vsu Matrimonii.

Cap. 20. & 21.

IN vsu matrimonii pluribus cō-
 iungit modis coniuges peccare

vt his sequentibus versibus patet

Sit modus & finis sine damno,
solue, cohære.

Sit locus, & tempus, tactus, nec
spernito votum.

In * modo enim peccant coniuges, si contra naturam, vel extra vas naturale copulam habeant, aut feminent. Quando autem femina manet à parte superiori, aut vir à posteriori accedit delectatione tantus allectus, non est mortale, inquit Albertus Mag. & si ob indispositionem fiat, nullum peccatum. * Finis, est peccatum mortale, quando alter coniugum ita ad alterum accedit, ac si coniux non esset. Sine damno, damnum mortale est, quando vir accedit ad uxorem gravidam cum periculo abortus, non autem si ad menstruatam. * Solue, Debitum negans sine rationabili causa, peccat mortaliter, non autem si infirmatur vel damnum timet, aut alter

coniugum sit adulter, aut ante consummatum matrimonium vel ingredi religionem, ad quod iura dant illi duos menses, & quidem si vxor adulterata fuerit, non modo vir non tenetur illi reddere debitum, sed tenetur non reddere, si reddendo illa esset perseueratura, secus verò si non, aut aliud graue damnum timeret, vel nulla esset spes emendationis, vel si ipse etiam adulteratus esset, vel si iam antea cognouisset vxorem fornicariam, vel quando cum potuisset prohibere fornicationem ipsius, id non fecisset, in quibus tribus postremis casibus, tenetur etiam ipse reddere. Tenentur coniuges habitare in eadem domo, & thoro, & quamuis vxore fornicaria existente, vir possit diuortium facere, nunquam tamen soluitur matrimonii vinculum, sicut neque quando alter alteri est occasio peccandi, ita vt non possit se ab illo

berare, vel sit hæreticus aut infidelis, in quo tamen casu potest qui innocens est, se ab alio separare, quod & si militer possunt si ex mutuo consensu voueant castitatem, vel ingrediantur religionem, vel vnus ingrediatur, altero emittente votum perpetuum castitatis.

¶ Sit locus, Locus aptus esse debet ad debitum reddendum, qualis non est sacer, in quo extra periculum incontinentiæ reddere, est mortale. * Tempus, Ratione temporis nunquam fit mortalis matrimonii usus, nec etiam in Paschate Eucharistiam sumpturis, si desit contempus. * Tactus, Extra tempus copulæ habendæ, tactus per se non sunt peccata mortalia, secus tamē si inde timeatur, vel habeatur pollutio.

¶ Nec spernito votum, Si ante matrimonium alter coniugum castitatem vouerat, vel post de consensu alterius: tunc sine Papæ dispensatione copulam petere est mortale, & alter illi potest negare.



De
SACRAMENTO
Extreme vñctio-
nis.

T R A C T A T V S.

De Materia, & Forma Extre-
mæ vñctionis. Cap. I.

Materia Extremæ vñctio-
nis est duplex, propinqua
& remota: Remota est o-
leū ex oliuarū baccis expressū ab
Episcopo in āniuersario Cœnz Do

mini solemniter consecratum
 Concil. Trident. sess. 14. cap. 1.
 Propinqua materia est unctio, qua
 Spiritus Sancti gratia probe de-
 monstratur. Forma deprecatoria
 est hæc. Per istam sanctam unctio-
 nem, & suam piissimam miseri-
 cordiam indulgeat tibi Deus, quid
 quid oculorum, auditus, olfactus
 &c. vitio deliquisti : Amen. Pos-
 set tamen (sensu non mutato) al-
 liquod verbum variari, vt ex Co-
 cil. Flor. colligere licet.

De Ministro huius Sacramenti
 Cap. 2.

Minister est Sacerdos cu-
 ratus cū intentione facien-
 di, quod facit vel intendit
 facere Ecclesia: & alii, non curati
 sine curati licentia hoc sacramen-
 ministrantes, peccant mortaliter
 & sunt excōmunicati, ut supra lib.
 I. cap. 36. nisi probabilis ignorātia

aut ipsius

ipsius parochi rati habitio excuset
 et si in ipsa administratione contri-
 gat curatum infirmari, aut mori
 alter poterit supplere. Sufficit etiã
 in necessitate vnus sacerdos, sine
 Ministro, in qua posset etiã vnus,
 vnam partẽ intingere, & alius aliã.

Cui ministrandum, & quando
 Ca. p. 3

Ministratur homini pecca-
 tori non infantibus ante
 septennium, neque amēti-
 bus, neque furiosis lucidis interual-
 lis carētibus, non suspēdendis, aut
 decapitādis vel bellum intraati-
 bus, aut mortali peccato notorio
 irretitis, qui postea ia phrānesim
 incidunt, nisi signa contritionis
 ostenderint. Cæteris verò infir-
 mis, etiam vulnere vel partu, aut
 senectute confectis, ministranda
 est. Mortuis non datur: & si du-

bitetur, non debet dari nisi sub
 conditione, nec est mortale ex ne-
 gligentia illam omittere, si scien-
 dalum & contemptus absit, qui
 adesset si oblata occasione & tem-
 pore eam suscipiendi, non susci-
 peretur. Vnctio facienda est in
 quinque corporis partibus, oculis
 videlicet, auribus, naribus, pedibus
 ac manibus. Et si vna pars reman-
 quatur, irritum & iterandum est
 sacramentum. Pedes, & Res
 etiam in hominibus omittuntur
 sunt sine vnctione, honestatis gra-
 tia. Cum vnctione sunt pronun-
 tianda verba: sed non est necessitas
 mathematica simultas, licet
 nec in baptismo, & confirmacione.

De effectu Extremae vnctionis

Cap. 4.

EXtremæ vnctionis effectus
 sunt quatuor. Expulsio relictarum
 artium ex peccatis remanentibus.

etitas animæ, Spiritualisque re-
creatio, Sanitas corporis, cum ex-
pediens fuerit, vel certe robur ad
facilius mortis incommoda suf-
ferenda. Gratia gratum faciens,
& subsidium contra diras hostis
aggressiones. Concil. Trident.
sess. 14. c. 2.



TRACTATUS

De Septem Pecca- tis mortalibus.

Quid sit peccatum mortale, &
quotuplex. Cap. 1. & 2.

Peccati diffinitioni supra lib.
3. cap. 2. & 3. expositæ, hic duæ
adduntur particule scilicet, De

gratia peccantem priuans, & mor-
 ti aeternæ adiudicans, Homo nam-
 que per mortale peccatum priua-
 tur Dei gratia & ex amico fit ini-
 micus: & hic est vnus peccati effe-
 ctus, qui macula vocatur: Alter
 est pœna, quæ sequentibus verbis
 exprimitur, & est duplex, damni
 & sensus, damni, est priuatio di-
 uinæ visionis: sensus est semper-
 nus dolor, veniale verò vt non est
 absolute contra regulam, sed ratio-
 tum non secundum finem illius,
 ita nec gratia priuat, nec eternam
 pœnam meretur, ideoque & fa-
 cile veniam consequitur, quæ cau-
 sa est vt dicatur veniale. Peccata
 mortalia sunt septem, quæ in via
 dictione continentur, SALIGIA
 id est, Superbia, Auaritia, Luxu-
 ria, Ira, Gula, Inuidia, & Acedia.
 Quæ quidem non omnia morte-
 lia sunt, sed mortalium radices,
 ideo mortalia communiter vo-
 cantur.

Quid sit Superbia, quot eius species, & remedia Cap. 3.

4. & 5.

Superbia est* appetitus celsitudinis perversæ voluntatis. Superbia namque non in cognitione, sed in appetitu, & volitione, consistit; qua homo vult esse superius, quod est, vel potest esse, siue tale se reputer, siue talis velit haberi in aliorum iudicio. Superbiæ quatuor sunt species. * Prima. Cum quis sic propriam excellentiam appetit, ut bonum, quod ab altero habet, sibi tribuat, ac si ex se haberet illud, ponendo in ipso ultimum finem. * Secunda, Quando bonum quod ab alio habet, absque suo merito habere cupit, vel sibi tribuit ac si ex proprio merito ei datum esset. Tertia. Cum quis sibi illam excellentiam tribuit, quam non habet, & de contrario

Ee iij

dolet.* Quarta. Cum quis excellentiam super alios appetit, & in ea finem ponit, idque propria, aut aliorum existimatione, vel desiderio, vel opere, quatenus alios contemnit, & vult se ab illis tanquam excellentem haberi, & de contrario dolet. Est verò superbia tunc tantum peccatum mortale, cum quis Deum ipsum contemnit, vel eius præcepta, ita ut sit paratus ea potius transgredi, quam quidquam de sua illa excellentia remittere, vel ex ea damnnum notabile inferat proximo in bonis honoris, vel famæ. Optima remedia contra superbiam sunt, ut homo humiliter consideret suam imbecillitatem, paupertatem, & impotentiam. Et quàm sit Angelis, & Dæmonibus inferior, & quod quicquid habet, accepit à Deo, cui superbiendo maxime fit odiosus: multis se priuat bonis.

& vi
perp

De

V

super
Van
festa
dum
tum
re q
boni
pro
prop
spiri
cati
est
eo,
gni
tu
le.*
licu

& virtutibus, quibus se indignum
perpetuò reddit.

De Vana gloria. Cap. 6. & 7.

Vana gloria est* appetitus
glorię inordinatus ; & in
hoc à superbia differt, qui a
superbia ipsã appetit excellēciam:
Vana gloria autē excellētię mani-
festationē. Glorię appetitus si secū-
dam rationem sit, non est peccā-
tum, sed actus bonus: vt si sit de
re quæ mereatur laudem, & in
bonum finem, vt Dei laudem, vel
proximi vtilitatem, vel etiam ob
propriam siue corporalem, siue
spiritualem. Tunc autem erit pec-
catū, quando erit inordinatus, id
est quando quis appetit gloriã de
eo, quod non habet, vel supra di-
gnitatem suam, & merita. Qua-
tuor autem in casibus est morta-
le.* Primo, quando quis de morta-
li culpa laudari cupit, vel ob mor-

talem finem : aut ob id paratuse
 diuinum transgredi præceptum,
 aut si notabile inde proximo fe-
 quatur nocumentum : in aliis au-
 tem est tantum veniale, vt si quis
 oret, aut ieiunet, ob vanam glo-
 riam, Vanæ gloriæ sunt octo hinc:
 Iactantia, Hypocrisis, Contentio,
 Discordia, Pertinacia, Inuentio-
 nouitatum, Curiositas, & Inobe-
 dientia.

De Iactantia, & Hypocrisi,
 Cap. 8. & 9.

Iactantia est * manifestatio pro-
 priæ excellentiæ supra id, quod
 vel in se vel in aliorum existima-
 tione est verbis inordinate facta.
 Vnde cum Superbia sit appetitus ex-
 cellentiæ Vana gloria sit appetitus ma-
 nifestationis excellentiæ, Iactantia est
 ipsa manifestatio, quam quis de
 se facit verbis, & proinde ab vtro-
 que differt. Est peccatum mortale
 si de se mortali sit, vel cum Deo

niuria, aut proximi detrimento
 ut si quis iactet se esse magnum
 medicum, cum non sit: aut ob
 malum finem. Hypocrisis est * si-
 mulatio virtutis, cuius duæ sunt
 species vna, quando homo non
 vult virtutem, sed vult videri eam
 habere: altera quando non habet
 virtutem, sed vult videri eam ha-
 bere, & illa longè deterior est ista,
 semper tamen quocunque fine fi-
 at, est peccatum, etiamsi quis vir-
 tutem fingat ne scandalo sit cæte-
 ris, quia est mendacium quoddã,
 & ideò saltem est peccatum veni-
 ale: esset autem peccatum morta-
 le, si esset vel ob malum finem mor-
 talem, vel si coniungeretur cū vo-
 luntate transgrediendi aliquod
 præceptum.

*De Contentione, Discordia, &
 Pertinacia. Cap. 10. & 11.*

Contentio est * sermo cōtrarius
 alterius veritatē oppugnans

quæ impugnatio, si disputandi
at gratia, non est peccatum, mo-
dò tanem non sit excessus in mo-
do, vt si scandalum aliis ingerat
vel misceantur iniuriæ, aut fiat cum
magna excandescencia & pertur-
batione: in quo saltem inest pec-
catum veniale: secus verò quando
solum fit cum feruore habita
tione rei, loci, & personæ, qua
tunc potius est actus studiosus. Im-
pugnare autem veritatem cogni-
tam alia intentione quam non
disputandi, interdum potest esse
mortale, vt si veritas illa esset in
Dei honorem, vel vtilitatem pro-
ximi: interdum veniale, vt si esset
veritas qualis in aliis scientiis re-
peritur. Discordia est* voluntatis
contrarietas, quæ si animo contra-
dicendi habeatur, & contra Dei
honorem, vel in proximi graue de-
tinentum, est peccatum mortale:
secus verò tantum veniale, & si
desit talis animus, ita vt contrari-

etas
faltè
dū e
catū
in p
& e
fera
vel
mo

C
lect
dici
quā
do e
tine
sem
nial
visa

etas solum sit, quia utriusque ratio saltē probabilis dicitur illud volendū esse, quod vult: nullū erit peccatū. Pertinacia est* animi adhēsio in propria sententiā plusquā opus sit & est mortale si circa rem mortiferam, aut directē cōtra Dominū, vel proximum fuerit, vt in rebus moralibus & medicinæ.

De Curiositate quid sit.

Cap. 12.

Curiositas est* appetitus sciēdi inordinatus. Per sciētiā intellige cognitionē intellectus, & sensus, quorum appetitus dicitur inordinatus, & peccatum quādo est cōtra rationē, vt quando est supra captum, vel non pertinet ad addiscentem. In quo semper inest peccatum saltem veniale, quando autem res scita, aut visa,* est probabilis occasio peccati

mortalis, vt in homine carnali ex industria vidente animalia coeuntia, est peccatum mortale. Similiter si res fuerit prohibita, vt Magica ars, vel res sit de se mala, aut propter malum finem, vt cum quis proximi defectus scire cupit vt eum infamet, aut ad peccandum inducat, vel aliquem interroget de eo quod sub iuramento tenetur occultare.

*De Inventione nouitatum, &
Inobedientia. Cap. 13. & 14.*

Inuentio nouitatum, qua Sanctus Thomas, presumptione nouitatum vocat: est* vitium, quo quis vult aliqua mirabilia exhibere, vt aliorum compararet laudem; quod quidem de genere suo est veniale, nisi contra Dei honorem, & in proximi notabile fuerit damnum. Inobedientia est* transgressio mandati

superiorum, qua mandatū est. Tenemur autem obedire primum DEO, deinde Superioribus.

In quibus obediendum.

Cap. 15.

DEo in omnibus, & semper obediendū, superioribus autē hominibus nō sic: nā nō tenetur quis obedire superiori suo in actibus purē interioribus intellectus, & voluntatis, vt docet S. Thom. 2. 2 q 104. ar 5. Dicenti enim superiori sustine hanc opinionem, vel crede hoc dictum, si dubium sit, subditus non tenetur ei parere, quia in his anima Deo soli subditur, pertineret tamen id ad perfectionem obedientiæ, si inferior etiam in illis obediret, & tenetur in illis obedire, quando sine illis nō potest consistere actus externus qui præcipitur. Deinde nemo debet obedire superiori in

iis quæ ad statum proprium pertinent, vt si pater præcipiat filia, vt nubat aut continentiam seruet non tenetur obedire. Item nemo, debet obedire inferiori contra superioris præceptum præcipienti: duobus enim inæqualibus superioribus opposita præcipientibus, maiori parendum est, vt Papæ potius quam Episcopo, & Abbati prius, quàm Priori: nulli verò malum præcipienti: quando tamen res est dubia superiori parendum est, sed nemo tenetur illi obtemperare in iis, in quibus superioritatem non habet: vnde si Papa cuiuspiam vineam quam habet alteri vendere, vel donare præcipiat, nõ tenetur ei obedire: sicut nec voluntati occultæ cuiusuis superioris, etiam si subdito fuerit nota; esset tamen hoc perfectionis. Vnicuique igitur superiori obediendum ex obligatione in quibus est superior, & duobus æqualibus

superioribus diuersa præcipientibus parendum est illi qui præcipit in ordine ad nobiliorem finem, inquit Sylu.

De obedientia Religiosorum respectu Prælatorum. Cap. 16.

Nullus Religiosus tenetur obedire suo Prælato in his, quæ pertinet ad maiorem perfectionem, quam sua Religio dicet S. Thom. 2. dist. 44. q. 2. a. 3. ubi addidit in tribus obediendum Prælato. *Primo in iis, quæ in Regula continentur. *Secundo. In iis sine quibus in Regula contēta impleri nequeunt. Tertio. In pænis inflētis propter culpas, contra duo priora cōmissas. In iis autem quæ sunt cōtra Regulam, & præter Regulæ intentionē, vt frangere ieiunium regulare, nō tenetur monachus obedire quāuis prælatus possit in eo dispensare, quod in

telligendum est nisi id præcipia
ex causa rationabili, vt quia ieu-
nium subdito officit. Est autem
pec. mor. transgredi superioris præ-
ceptum, quando transgressio est
contra aliquod Dei, vel Ecclesie
præceptum, aut ille habet inten-
tionem obligandi transgressorem
ad mortale, quod illis verbis in-
notescere solet, cum aliquid in
virtute sanctæ obedientiæ præci-
pitur, raro tamen prælati habent
talem intentionem.

*De obedientia Legum. Cap.
17. & 18.*

Lex* est rationis ordinatio,
homini quid agendū, quidue
nō agendū sit ostēdens, & in
cōmune bonū instituta, illius sunt
quinque actus, præcipere, prohibe-
re, permittre, punire, præmio affi-
cere. Diuiditur in diuinā, & huma-
nam.* Lex diuina est illa, quæ est

à Deo

à Deo immediatè instituta est, vt
lex Moysis, & Euangelica. * Hu-
mana est ab hominibus inuenta,
per potestatem à Deo illis datam,
qualis est, quæ à Principibus vel
Republica obseruari iubetur. * Di-
uina rursus diuiditur in naturalè
& positiuam, naturalis est quam
Deus rationi hominis naturaliter
sculpsit, ita vt hominis ratio eam
dicet, cuiusmodi sunt decem De-
calogi Præcepta. * Diuina positua
est, quæ à Deo data, & homini per
reuelationem est manifestata, quæ
ex iudicialibus, & cæremoniali-
bus veteris testamenti, & præcep-
tis, & sacramentis Euangelicæ fi-
dei constat. * Humana rursus diui-
ditur in Ecclesiasticam, & secula-
rem, illa est à Papa, Concilio, vel
Episcopo. Hæc ab Imperatore,
Rege, vel Republica instituta. Lex
humana iniusta, non ligat, ad hoc
autem quod iusta sit, quatuor re-
quiruntur. * Primum, vt in bonum

commune lata sit: *Secundo, oportet ut sit ab habente potestatem. *Tertio, de re bona. *Quarto, Forma bona, hoc est civium proportionem seruet, nec oneret magis, onerandum minus. Sed rursus ad hoc quod hæc lex iusta obliget, alia quatuor requiruntur, nempe, ut sit promulgata, à maiori parte recepta, nec per aliam legem, vel consuetudinem sit abrogata, & quod non sit inuincibiliter, vel probabiliter ignorata. Et hæc de lege humana: nam omnis lex diuina est iusta, & promulgata & recepta: unde sola ignorantia excusat ab obseruatione illius, & quidem solius positivæ, nam naturalis nunquam ignoratur inuincibiliter; quare infideles qui nisi de Euangelio audierunt, nec Christo credunt, non peccant quidem peccato infidelitatis in non credendo, sed damnantur propter alia peccata contra ius naturale,

diui

C

N

verbo

ria gr

man

ad m

videl

vel n

demon

sua v

doce

com

autem

dum

pecca

sed c

diuinum simpliciter commissa.

Quanta sit legis obligatio.
Cap. 19.

Non semper lex diuina obligat ad mortale, vt constat de mēdacio iocoso, & verbo otioso, sed tantum in materia graui, & actu deliberato. Humana etiam ciuilib, & Canonica ad mortale obligare possunt: cum videlicet superiores id intendunt, vel materię aut pœnæ grauitas id demonstrat, aut communis Ecclesię vsus, vel doctorum opinio hoc docet, vt de præcepto ieiunii, & communionis in Paschate: agere autem contra verba legis, sed secundum intentionem illius, non est peccatum, modo id non facile fiat sed cum causa vrgenti.

De varia doctorum opinione circa legem obedientiam.

Cap. 20.

TRia sunt dubia circa legum obedientiam. Primum de lege Ecclesiastica pure preceptiua, an obliget ad mortale, cui respondet Nauar. capit. 23. nu. 48. Tunc obligare, cum in lege ponitur preceptiuum verbum, prohibitionem vel necessitatem indicans, quia tunc talis videtur Papæ intentio verbis expressa, vt patet ex Clement. cap. exitum, de verborum significatione. Quando verò lex videtur huiusmodi verbis: Declaramus, ordinamus, &c. tunc inquit Nauar. non obligat ad mortale, sed melius Caietanus, nec verbum preceptiuum in materia leui obligare ad mortale, neque quando materia grauis est, requiri ad hoc tale verbum. *Secundum dubium

est circa leges ciuiles : ex quibus
idem Nauar. arbitratur illarū nul-
lam ad mortale obligare, nisi alio
iure sub mortali idem præcipiatur:
alioqui. n. non constat legiflato-
rem talem habuisse intentionem.
Verius Soto, illas, quando materia
grauis est, obligare ad mortale,
nec requiri aliam declarationem
intentionis legiflatores. De legi-
bus pœnalibus tertium extat du-
bium, an videlicet, obliget ad cul-
pam. Ad quod Caiet. Alphons. à
Castro, & Nauar. respōdent, quod
non, nisi res aliàs de se mala sit.
Sotus, Syluester, & Armilla dicūt,
tunc tales leges obligare ad mor-
tale, cum aliquid sub graui pœna
præcipiunt, vt puta, sub amissione
bonorum temporalium, quorum
sententia tutior videtur, modo si-
mul supponatur materia esse
grauem : pœnam ramen nullus
teneretur soluere ante condemna-
tionem.

*De obedientia clericorum ad
piscopum, & Filiorum ad pa-
trem. Cap. 21.*

CLerici in iis, quæ ad statum clericalem pertinent, & laici in iis quæ ad salutem animæ tenentur suis Episcopis obedire, & absque rationabili causa, in re graui eorum mandatis non obsequentes, peccant mortaliter, non tenentur tamen clerici de iure communi obedire secularibus potestatibus, nisi in iis quæ ut laici faciunt. Filii similiter dum sunt sub patris potestate, parentibus quo ad bonos mores, & res domesticas obedire tenentur, & in re graui non parere est mortale, sicut spernere obligationem quam habent ad parentes.

De Presumptione & Ambitione. Cap. 22. & 23.

Secunda Superbiæ filia est præsumptio, quæ est * appetitus se exhibendi supra propriam potestatem, & est mortale, quando proximo infert notabile detrimentum, vt cum Medicus ignarus vult medicinæ artem sine scientia in ægriis exercere, vel cum quis aliquid supra potestatem, ac vires audet, ac facit, vt si audiat confessiones cum non habeat facultatē, iudicet cum non sit iudex, vel exponat se periculo peccandi, cum sibi satis conscius sit, suæ infirmitatis, et si in eo confidat diuinæ misericordiam, cum id sit tentare Deum: aut contra diuinam legem aliquid à Deo sperat. Ambitio est tertia superbiæ filia, quæ est * inordinatus appetitus honorum, & dignitatum. Ex genere suo est veniale, nisi de re mortali, honorem, vel gloriam appetat, vel dignitates modo illicito, vt vsuris aut simonia, querat:

aut finem vltimum in his reponat
vel ob malum finem honoré ap-
petat, vt scilicet de inimicis vlcif-
catur: tūc enim peccat mortaliter

*De Auaritia & quale sit pecca-
tum. Cap. 24. 25. & 26.*

Auaritia est secundum vitium
capitale: & est * amor im-
moderatus habendi. Aua-
ritia namque consistit in acquirē-
do, vel retinendo pecunias, & res
alias vtilis immoderato affectu.
Quando versatur circa aliena ea
accipiendo, vt non restituendo est
contra iustitiam, & peccatū mor-
tale nisi leuitas materiæ, vel deli-
berationis defectus excuset. Quā-
do versatur circa propria est contra
liberalitatem, & nō est mortale nisi
si charitatis præcepto opponatur,
& idem dicendum est de prodiga-
litate quæ Auaritiæ opponitur, si

liæ Auaritiæ sunt septem: Obduratio, Inquietudo, Fraus, Fallacia, Per iurium, violentia, & Proditio.

*De Eleemosyna quid sit : Et qui
Eleemosynas possint elargiri,
An Religiosi & Filii.
Cap 27. 28. 29. & 30.*

Eleemosyna est, opus, quo in digentia alicuius subuenitur, ex misericordia procedens. Velle enim subuenire, est misericordiae actus, & illud opus, quo talis subuentio fit, Eleemosyna nuncupatur, quæ latinè misericordia dicitur. Inferiores & famuli possunt Eleemosynas facere, in extrema & graui necessitate, de bonis dominorum, & quando expressam, vel tacitam habent superiorum facultatem. Religiosi ultra hos casus, etiam cum iter faciunt, vel student in aliqua vniuersitate,

de sibi à Prælato concessis, vel de
 iis, quæ ab aliis in Eleemosynam
 receperunt. Vxores cum domus
 habent administrationem, vele-
 tiam ad certum tempus, vt si vir in
 longinquas profectus est regiones
 aut aliquid possident vltra dotem
 aut aliquid suo labore lucraatur,
 vel etiam si maritus nimium, sit
 auarus, vt fecit Abigail 1. Reg. c.
 25. vel si res illa de qua faciunt E-
 leemosynam sit ipsis cum marito
 communis: nec futurum est vt
 propterea maritus incidat in ino-
 piam, vel si Eleemosyna sit modi-
 ca. Filii cum non habent bona castren-
 sia, vel in bello acquisita, aut ma-
 nent in studiorû vniuersitatibus,
 cum iter faciunt, aut habent ali-
 quod officium publicum, vt Ad-
 uocati, aut beneficium Ecclesiasti-
 cû, vel Eleemosynæ sunt tenues.
*Quibus facienda est Eleemosyna
 ex qua re. Cap 31 & 32.*

Bonis, & malis, fidelibus, & infidelibus indigentibus, facienda est Eleemosyna: misericordia namque ex charitate nascitur, quæ nullum excludit. Illis tamen præcipue est eroganda, qui nec laborare, nec aliunde sibi victum quærere possunt. Otio vero torpentibus, & occasionem inde ludendi sumentibus, non est facienda, ut corrigantur, inquit D. Aug. Indigenti in pœnam ex Iudicis sententia, non est præceptum, ut ei subueniatur, quinimo taliter damnatus, potest etiam cibum paratum non sumere, & fame moti: quamuis Caiet. contrarium docuerit, potest tamen quilibet cibos illi suppeditare, modo non sit minister iustitiæ, iis vero qui bello iusto, ad extremam ciborum inopiam redacti sunt, nemini dare cibos licet, secus, si iniustum esset bellum. Eleemosyna faci-

enda est ex propria substantia non ex aliena, nisi esset: extrema necessitas, nec de acquisitis, contra iustitiam, furto, vel usura. De male tamen acquisitis, contra charitatem, vel ex fornicatione, vel adulterio, aut homicidio, potest fieri Eleemosyna.

Quando Eleemosyna sit in precepto. Cap. 33. 34. & 35.

Primo notanda est hæc regula, De necessariis simpliciter ad vitæ propriæ, & familiæ conseruationem, nullus alteri indigenti, etiam in necessitate posito succurrere tenetur, nisi persona indigens sit Reip. per necessaria, & ex ea bonum commune pendeat. *Secunda est, ex necessariis tantum ad decemiam status, tenetur homo necessitate laboranti Eleemosynam erogare, non autem extra necessitatis statum. *Tertia regula, De

superfluis, quæ nullo modo ad decentiam, & status commoditatem pertinent etiam respectu futuri, de præcepto sub mortali faciendâ est Eleemosyna, vt S. Tho. Anton. & Richar. monent. * Quarta. In necessitatibus communibus, & nõ grauibus, nullus sub mortali tenetur de superfluis Eleemosynas e- largiri, quamuis optimum sit consilium omni indigenti præbere: nam vt S. August. docet, superflua diuitis necessaria sunt pauperi. Imo verò probabile est, ad hoc esse quoque obligationem quod sancti videntur indicare, nulla tamen priuata persona tenetur inquirere pauperes, vt illis subueniat, tenetur verò publicæ, vt Episcopus & quilibet superior in sua ditione.

An ad pinguiorem fortunâ reuersus teneatur ablata restituere. Cap. 36.

IN extrema necessitate quilibet ab alio accipere potest, quæ sibi sunt necessaria. Quando autem peruenerit ad pinguiorē fortunam, Scot. & Sor. docent non teneri ad restitutionem: Adrianus verò & Nauar. docent quod sic. Prima opinio probabilis. Sed adhuc probabilius est quod si ille ex superfluo non acceperit, teneatur restituere, uti & Medina per plures. Quinimo si ex superfluo accepit, adhuc tenebitur restituere, quia ex hypothese poterat illi alius ipsi succurrere tantum mutando. Quæ omnia adhuc veriora sunt quando qui necessitatem patitur in vno loco, vel ratione alicuius rei, habebat in alio loco, vel in alia re venderetur, unde illi subueniret.

Dubia quatuor circa Eleemosynarum largitionem. Cap. 37. & 38.

Nemo per se loquendo in extrema necessitate constitutus tenetur propria donare, si potest mutuando, vel ad tempus commodando inopia istorum subuenire; vt Iosephus in Aegypto, Gen. 47. Consilium tamen optimum est donare. Qui verò pecuniam creditorum dat in extrema necessitate posito, creditoribus deinde restituere tenetur, quia creditorum erant, & illius erat Eleemosynam facere, non creditorum, si tamen aliquis pecuniã ab alio petat vt subueniat extreme indigenti ad nihil tenetur, quia nomine indigentis accepit, qui restituere tenetur si ad pinguiorẽ fortunam redeat, ad quod tamen nõ tenetur laborate, Eleemosynã autẽ preceptũ obligat non solũ fideles sed etiam infideles, quia est præceptum diuinum, & naturale, si

cut præceptum honorandi parentes: quare mortaliter peccat paganus, & infidelis, qui in extrema necessitate & graui non præbet indigenti subsidium, quicumque ille sit. Ecclesiastici tamen præ careris ad hoc tenentur: non alio tamen modo peccant quam reliqui si secus faciant, quidquid dicat Caietanus, nempe quia dominium habent redditum suorum beneficiorum. Ex quo fundamento etiam colligi potest Episcopos, Cardinales, & Papam ipsum, posse de iisdem bonis donare suis consanguineis non tantum indigentibus, & habita ratione status illorum, sed etiam sui ipsorum, in quo tamen debent diligenter vitari superfluitates, & in illud imprimis incumbere debent, vt prius subueniant necessitatibus grauioribus aliorum.

*Quo ordine facienda est Eleemo-
syna, & quanti sit meriti.*

Cap. 39. 40. & 41.

IN grauiori necessitate posito
prius succurrendum, quã con-
sanguineo, communi, & graui
laboranti: ex quo patet quantum
Ecclesiastici peccent qui suos con-
sanguineos volunt ditare, cum sint
in Republica graues necessitates,
quibus prius satisfacere tenentur.
Æquali verò necessitate existente,
sibi prius ceteris paribus, deinde
suis, quam alienis, si tamen extra-
nea illa persona esset multum Rei-
pub, necessaria, ipse vero non item,
illi potius, quam sibi succurrere
deberet & vice versa, deinde pa-
rentibus potius quam filiis, tum
consanguineis propinquiorebus,
tertio illis quorum cura ipsi in-
cumbit: Quarto benefactoribus
Quinto amicis: Sexto notis: Vlti-

mo extraneis, quæ tamen omnia debent semper intelligi cæteris partibus, unde etiam in eodem ordine meliores, & utiliores reipublicæ proponendi sunt. Quod si quærat aliquis an quis in extrema necessitate constitutus sibi potius succurrere debeat, quam creditori eadem laboranti, de iis rebus quas illi debet: Respondendum, licet nemini liceat quavis necessitate laboranti, ab alio in eadem constituto, auferre id quod indiget ad subueniendum tali ac propriæ necessitati, posse tamen in casu proposito prius sibi succurrere, de illis rebus quam creditori, imo vero & suis parentibus, fratribus, ac quibuscunque aliis, in primo gradu cum ipso constitutis. Iam vero abundans debet esse eleemosyna, ut extreme, & grati necessarii sufficiat, nisi adessent multi qui vellent dare. In communi tamen satis est dare, partem ad subleuan-

dum indigentem, præcipuè si ali
 simili modo tribuant. Eleemofy-
 narum fructus sunt tres : Meritum
 gratiæ, & gloriæ : satisfactio pro
 peccatis peccatorum remissorum;
 tam propriorum quam alienorū.
 Ac beneficiorum multorum im-
 petratio. Beati misericordes, quo-
 niam ipsi misericordiam conse-
 quentur. Matt. cap. 5.

*De sollicitudine, seu Inquietudi-
 ne mentis. Cap. 42. & 43.*

Sollicitudo est Avaritiæ filia,
 & est * vehemens applicatio
 mentis cum timore coniun-
 cta. De se nec bona est, nec mala,
 sed bona est quando est de re bo-
 na, nec aliunde vitiatur ex defectu
 alienius circumstantiæ, mala verò quã-
 do est de mala, idque pro ratione
 malitiæ illius, vel quando deest il-
 li aliqua circumstantia, loci tẽpo-
 ris, &c. & maxime quãdo est de re

temporali, constituendo in illa vltimum finem, vel quando quis ex tali sollicitudine relinquit ea ad quæ tenetur. Dicitur autem quis ponere vltimum finem in aliqua re, quando paratus est potius mortaliter peccare, quã illã omittere.

De proditiõne Tyrãni, & reuelatione secreti. Ca. 44. & 45.

Prodere, est manifestare, quod latebat, vt alteri noceat, sicut prodidit Dalida Sampsonem, & Iudas Christum Saluatorem, eademque est ratio de proditiõne rerũ mobilium, vel immobilium, si quis eas manifestet in damnũ veri Domini, quod peccatum obligat ad restitutionẽ, & tunc est mortale quando est de re graui. In specie autem nemini licet hostibus prodere vrbe aut castrum cuius custodiam suscepit,

in damnum veri domini, tunc tamen si is cuius nomine illud detinet, esset Tyrannus, & non posset à vero domino alia via recuperari, nã tunc poterit illud tradere si id faciat zelo iustitię, nec sequantur inde mortes hominum, & alia huiusmodi scandala euitet, neque huic rei obstat quod inde pecuniam speret. Deinde etiam non licet subdito Tyranni qui iniuste ciuitatem obsidet priuata auctoritate illum occidere, quia de iure naturę ei fidẽ tenetur seruare. Secreta tamen eiusdẽ Tyranni in dãmniũ communitatis, vel tercię personę non sunt occultanda, sed reuelanda, vt constat ex 2 Reg. cap. 17. de illo Chusa, qui se finxit amicũ Absolon, & tamẽ manifestauit Dauidi secretum consilium. Achitophelis, secretum enim quod est in damnum tertii & contra iustitiam non obligat. Postremo litteras clausas de re graui scriptas

aperire est peccatū mortale, quando aperiens non est superior, vel amicus, aut in suam necessariam defensionem id facit, vel ex rati-
habitione.

De fraude pretii, & eius iustitia
Cap. 46. 47. & 48.

Fraus est* deceptio alterius, o-
pera exhibita, quæ procedit ex
fallacia, & est vitium contra
prudentiam, & frequentius, mor-
tale. Iustum pretium est duplex:
Legitimum, quod lege taxatū est,
& naturale, quod iuxta rei valo-
rem ex cōmuni æstimatione bo-
norum mercatorum, in rebus quæ
communiter venduntur, in iis ve-
ro quæ non communiter, ex æsti-
matione prudentis mercatoris:
Precium legitimum est perma-
nens, & immobile: Naturale verò
subinde mutatur, & aliud est in-
finum, aliud medium, aliud tri-

gorosam seu summam, cuius varietatis causa est duplex, copia, vel inopia mercium & emptorum: quando enim sunt plures merces ac vitroneæ, & pauci emptores, res sunt vilioris pretii & contra, & hinc est ut ea quæ veniunt sub hasta, vel à proxenetis, multo minoris emi possint quàm valeant, & carius etiam possint vendi, quando emptores inter se certant, modò utrobique absit fraus. Quibus positis, tres ponemus conclusiones. *Prima. Res ad vitæ ornamentum, vel delectationem pertinentes non habent precium naturale certum, sed tantum possunt vendi, quantum venditor potest extorquere citra fraudem, quales sunt statuarum antiquarum, gemmarum &c. *Secunda. Notabilis excessus in iusto precio legitimo, vel naturali, est mortale & obligat ad restitutionem. *Tertia concl. Qui vendit potest supra iustum rei precium exigere dam-

num emergens in vendendo, non tamen potest vendere utilitatem, quam qui emit, accipiet ex redempta supra illius valorem, damnum enim est emptoris, sed utilitas, alterius, & nullus vendere potest, quod suum non est.

De Fraude ratione rei vendite.

Cap. 49.

TRiplex fraus in re vendenda esse potest, in rei substantia, ut si quod non est, vendatur pro eo quod est, ut quod non est aurum, pro auro: in quantitate, ut si quod non est tantum, vendatur pro tanto, in qualitate, ut si quod non est tale, pro tali, vendatur. Vendere rem vitiosam tanti quanti non vitiosam, est peccatum mortale, & obligat ad restitutionem, nisi materia leuitas, aut venditoris ignorantia excuset: si autem vitium est manifestum, & emptor

illud aduertere poterat, non tenetur venditor, qui rem vitiosam vendit, vitium emptori propalare, debet tamen iustum precium detrahere ratione vitii, & si vitium illud esset in graue damnum emptoris esset peccatum mortale, non quidem contra iustitiam, sed charitatem, illud non aperire si. a. emptor non poterat aduertere, vel ex ignorantia, aut alia iusta causa, debet de vitio rei, eundem admonere. At si vitium occultum fuerit, non licet semper iustum pretium accipere, vitium tacendo sed si fuerit in graue emptoris damnum, vel alterius, vt si eam esset reuenditurus, erit etiam manifestandum. Vltimo dicimus emptorem teneri venditori ignorantii rei venditæ, vel vendendæ valorem manifestare vt si rusticus gemmam magni pretii vendat, cuius pretium ignorat: alioquin pecc. mortal. & esset restitutioni

obnoxius. non currit eadem ratio de emptore vineæ, sciente in ea thesaurum absconditum, quia planities est, quæ venditur, & terræ superficies, non quæ in profundo latent, vt S. Thom. 2. 2. q. 66. 2. ad secundum.

De fraude ratione modi vendendi. Cap. 50.

FRaus in modis vendendi, & emendi, tribus his sequentibus conclusionibus manifestatur. ^oPrima, Venditor, cum credito vendit, potest exigere summum pretium, quod non exigeret, si numerata pecunia venderet, & licet etiam emptori emere viliss. pretio iusto, quando anticipata emenda quæ medio vel summo vendi possent, extra talem anticipationem. ^oSecunda. Non licet ultra totum iustum pretium rem vendere, quæ credito venditur, nec licet emere

infra pretium inanimam, quia anticipata pecunia emitur. * Tertia, Res tanti vendi potest aut emi, quanti valet, aut valitura probabiliter creditur tempore, quo res ipsa traditur, in rebus autem quæ non nisi credito vendi possunt, ut sericum apud Florentinos, ac sericea, quæ in magna copia transmittuntur, precium à tempore solutionis pecuniarum exigere potest iuxta valorem, quem creduntur res illæ habituræ postea. Idem dicendum de lanis, & aliis mercibus, quæ non nisi anticipata solutione vendi & emi queunt.

*De duobus alijs dubiis in emptio-
ne & venditione. Cap. 51.*

Primum, An liceat, quando res credito venditur infra iustum pretium, exigere lucrū cessante ratione pecuniæ creditæ. Respondetur quod si veditor libere

& spontè vendit, non licet: vt S. Anton. & Sotus affirmant: si autem ab emptore rogatus vendat, cum habeat alios emptores quibus vendat præfenti pecunia licet, quia videtur damnum emergens. *Secundum dubium. An liceat aliquid ab emptore exigere ratione periculi cui exponitur res, cum credito venditur, nam certior est pecunia præfens quam futura. Medina ait, Sotus negat: sed re vera ratione nudi periculi non licet, licebit tamen ratione expensarum si q̄ probailiter indicabuntur futura in pecunia illa recuperanda.

De emptione cum pacto retrovendi. Cap. 52.

Hic contractus licitus, & iustus est etiã si apponatur cõditio, quod si infra certũ tẽpus nõ redimitur. sit absolute ipsius emptoris, sed res sic empta

minus valet, q̄ sine tali pacto. Duo
verò requiruntur ad completam
illius emptionis iustitiam, primū
vt emptor veram habeat emendi
intentionem, quam, ob necessita-
tem mentes habere solent. Alte-
rum est vt quando eadem res re-
uenditur, eodem precio à vendi-
tore redimatur. His enim con-
ditionibus deficientibus contra-
ctus est vsurarius.

De Negotiatione. Cap. 53.

Negotiatio est emptio ad reue-
ditionē rei ordinata; vt qui
frumentū emunt, vt dein-
de aliis vendant quæ quando fit
soliis lucri causa est peccatū ve-
niale, licita verò est quando bo-
no fine fit, & cum quibus licet,
tempore etiam debito, & pretio
iusto, non enim licet negociari
diebus festis, neque in templo, ne-
que clericis, neque quando nego-

tiatio est in damnum comun-
tais.

De Mendacio. Cap. 54.

Men laciu ex matre Aua-
ritia progenitu est, quod
est* verbum falsum cum
intentione fallendi. Mendacium
est dicere rem aliter, quam homo
mente iudicat vnde, & mentiri di-
cimus, quasi contra mentem ire.
Mendacium triplex, perniciosum,
officiosum, & iocosum; & quodli-
bet est peccatum: sed primum est
mortale, nisi leuitas materiz, aut
deliberationis defectus excuset, al-
lia duo ex genere suo venialia sunt
sed cum iuramento sociata, mor-
talia semper.

De Filiabus Luxurie Cap. 55.

Octo sunt filie Luxurie, &
citas metis. Precipitatio,

consideratio, Inconstantia, Amor sui, Odium Dei, Amor mundi, & Horror futuri seculi Qui posteriores actus, cum à libera procedunt voluntate, peccata sunt mortalia, alias venialia. Plura de his vide ibi & supra lib. 5. cap. 10.

*De Ira & eius filiabus. Cap. 56.
57. & 58.*

IRa est* appetitus vindictæ: in qua tria reperiuntur: mali illati & difficilis ad repellendū apprehensio sanguinis feruor circa cor, & appetitus, seu appetitio mali inferendi ei, à quo homo recepit malum, vel iniuriam. Quatenus ira in parte sensitua reperiatur, est etiam in brutis, & ideo ut sic irrationalis vocari potest quatenus verò in parte rationali & voluntate, homini tantum conuenit. Iræ tres assignantur species lib. 4. Ethic. Ira. Iracundia, &

Furor. Ira est quidam appetitus vindictæ cito insurgens, & cito transiens, vt in hominibus acutis. Iracundia, quæ & mania dicitur, diu manet, est enim quædam dementia species, quæ tantum in hominibus amaris reperitur. Furor est, quando manet memoria illati mali, appetitus a. vindictæ non insurgit illico, sed cum se offert occasio vindictæ: in hominibus difficilibus dūtaxat reperitur, est peccatum quando ad voluntatem peruenit, & in ea moratur, & est mortale cum quis alteri iniuste, & præter iuris ordinem, vt si quis velit seipsum vindicare vel ex odio, at non ex iustitiæ zelo, malum alteri cupit. Sex sunt species iræ. Indignatio, Tumor mentis, Clamor, Contumelia, Blasphemia, & Rixa. Quarum tres sunt status, nam aliquando interiorum concipiuntur, aliquando exterius per solum signum, & exte-

rii

rius
pule
Qui
rit R
De

dic
rato
con
mo
Qua
fine
& el
ius p
Si co
infe
lum
cib
vt c
exp

rius per opus, qui Matth. cap. 5.
pulchrè his describuntur verbis.

Qui irascitur fratri suo: Qui dixe-
rit Racha: Qui dixerit fatuè.

*De Gula, & Ebrietate. Cap. 59.
60. 61. & 62.*

GVla est* inordinatus appe-
titus cibi & potus. Cuius
duæ sunt species, altera quæ
dicitur crapula in cibo immode-
rato, altera ebrietas, quæ in potu
consistit superfluo, est peccatum
mortale in sex casibus. * Primo.
Quando homo in iis ponit vltimâ
finem. * Secundo: Quando crapulæ,
& ebrietatis causa, omittitur alicu-
ius præcepti observantia. * Tertio:
Si corpori aliquod notabile dâni-
inferatur. Quarto. Si graue scâda-
lum inde oriatur. * Quinto. Quâdo
cibus vel potus est contra naturâ
vt caro humana, nisi sumatur ad
expellendam infirmitatem, vel in

gravi necessitate, vt quando homo iam inueniretur occisus, nam non licet occidere. *Sexto, Quando ex illis timetur probabiliter peccatū mortale, quāuis inebriare se quando probabiliter scitur ex ea securam pollutionē in somnis non est aliud peccatum supra ebrietatem, quam veniale. Ebrietas est mortale cum quis ex tanto potu, scit se in ebrietatem iucursurum, & ad tempus rationis vsu amissurum, & nihilominus bibit, vel alios inducit ad bibendum. Vt sanitas recuperetur, inebriari licet, si aliud non habeatur medicinae remedium, vel damnum aliud non timeatur. Ebrii actus tunc peccata sunt, quando ex culpabili ebrietate processerunt, & prauit fuerunt. Illius contractus, & testamenta sunt inualida. Gulæ filie sunt quinque: Hebetudo mentis, Inepta lætitia: Multiloquiū, Scurrilitas, & Immunditia, & hætan-

ctis
verb
Scur

De I

I

catu
tenu
uide
erit
mus
quia
vindo
est de
pecca
mula
rius
mus,
no sp
emul

trāsūt peccata venialia, nisi quando
verba, vel facta inhonestā, fiūt à
scuta causa delectationis venereæ

*De Invidia, & emulatione Cap
63. 64. & 65.*

Invidia est* tristitia de bono a-
lieno, quatenus proprię excel-
lētici est diminutiū; quę si nas-
catur ex timore boni alterius qua-
tenus sibi malū aliquod inde præ-
uidet, & quidē iniuste inferendū,
erit sine peccato si vero inde time-
mus nobis malū iuste inferendū,
quia nimirum talis vir est iustus
vindex malorum, & talis tristitia
est de magno alterius bono, erit
peccatum mortale in re graui. *Æ-*
mulatione est* tristitia de bono alte-
rius quatenus eo nos priuati su-
mus, vnde si hęc tristitia fit de bo-
no spirituali ea iusta, & sancta erit
emulatio & etiā, si de bono tēpo-

rali fuerit vitæ & meritis nostris
conuenienti, alias peccatū est saltē
veniale. Indignatio est actus qua
quis tristatur de bono alicuius
quatenus eo est indignus, & si qui-
dem nullū aliud habeat motiuum
est peccatum veniale, quia quo-
dammodo videtur Deū arguere,
& si eo prorumpat, vt expresse in
eo Deū arguat iniustitiæ, est pec-
catum mortale grauissimum.

*De Inuidia, & Tristitia, & filia-
bus earundē. Cap. 66. & 67.*

Quando Inuidia, & Tristitia
sunt de bono alterius
propter odium, & de re
gravi, & à deliberata volūate pro-
cedunt, sunt peccata mortalia, licet
tamen tritari de bono alterius,
quatenus alicuius mali est occasio
vt quod viuāt heresiarchæ & Chris-
tianorum hostes prosperentur:
licet etiam his mortē desiderare.

ne alios inficiant. quinque sunt filia Inuidiæ: Odium, Susurratio, Detractio, Gaudium in aduersis. & Afflictio in prosperis.

De Acedia, & eius filiabus.
Cap. 68. 69. & 70.

Septimum & vltimum locum inter capitalia vitia tenet Acedia, quæ * est tristitia de bono spirituali, vt ad hominem spectat, spiritualia bona hæc sunt, Charitas, Gracia, Virtutes, Spiritus Sancti dona; & Sacramenta, de quibus tripliciter tritari cõtingit, vt à Deo procedunt, vt in proximo reperiuntur, vt ad nos pertinent, vt si quis tristetur, quod sit ad beatitudinem ordinatus, vel de diuinis præceptis & semper est mortale peccatũ de genere suo, quia contra charitatẽ quod intelligi debet, quando tristitia illa est ex pfecta aduertẽtia, & de re graui, nã alioqui non

est, vt si quis non contristatur de re spiritali perse, sed de circumstantia aliqua illius, vt quod concio fit at hoc loco, hoc tēpore, vt S. Thom. 2. 2 quaest. 35. Habet sex filias, Desperationem. Pusillanimitatē, Torporem, Malitiam, Rancorem, & Mentis euagationem. A quibus absit semper omnis humana voluntas.

EXCOMMUNICATIO-
nes Papae reseruata, à Tol pra-
termiffa. & reposita à R.
P. D. Gen Min.

P*Rima, est cōtra faciētes promissionē, vel pactū tacitū aut expressum rerum temporalium, pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda in Romana curia & contra dantes, vel recipientes, aliquid magnum vel paruum ex pacto, aut promissione occulta, vel

manifesta. Quæ Constitutio primò lata fuit à Bonifac. 8 deinde anno. 1574. renouata est à Greg. 13. & extensa ad auxiliantes, fauentes, & consiliantes, per extrauag. quæ incipit, ab ipso Pontificatus nostri principio. Graff. lib. 4. 1. par. c. 19. n. 15. Grug. Sayr. lib. 3. cap. 30. num. 12.

*Secunda est contra omnes mulieres cuiuscunque status, & dignitatis, ingredientes claustra Monialium, vel Monachorum virtute facultatum Apostolicarum, quas ipse Pontifex reuocat. Prælatos autem, & Monachos eas introducentes vel admittentes à diuinis suspendit, & officiis præsentibus priuat, & inhabiles in posterum ad omnia alia reddit. Est pii V. quæ incipit Regula, &c:

Quam quidem renouauit Greg. 13. anno 1575. Vbigratia, &c. in qua constitutione reuocat omnibus Reginis & Ducissis, ac aliis

magnis mulieribus facultatem ingrediendi prædicta monialium, vel monachorum monasteria sub pœna excom. reservatæ Papæ: Abbatib. verò & Abbatissis, ac utriusque sexus superioribus, & personis, quibuscunque introducens tibus districtè præcipit sub eadem excommunicationis pœna: & privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa ne prætextu huiusmodi facultatum, & licentiarum, ingredi mulieres faciant, vel permittant.

*Tertia, contra Prælatos, Gubernatores, & officiales laicos, ac Religiosos præsumentes (nisi in casibus necessariis, & tunc à paucis senioribus religiosis comitati) monialium monasteria ingredi, quos etiam voluit absque alia declaratione excom. existere, & à solo Pontifice Rom. posse absolvi, præterquam in mortis articulo, Vide

Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. Graff. lib. 4. primæ partis cap. 23. Sayr. lib. 3. cap. 31. Est enim Greg. 13. edita anno 1581.

*Quarta, contra Moniales quorumcunque ord. exeuntes de clausura quacunque de causa etiam infirmitatis, excepta magni incendii, vel ægritudinis lepræ, vel epidemiæ, probatę litteris superioris, & Episcopi.

*Quarta, contra clericos, & laicos, qui Papatum ambiunt, eiusque causa simoniam committunt aut viuentē summo Pontifice per se, vel per alios, verbis, aut scriptis, seu nuntiis de futuro Pontifice eligendo tractant. Est Pauli 4. Cum secundum edita anno 1558 Sayr. lib. 3. cap. 31.

*Sexta, contra prædicantes miracula falsa, & incerta, vel nouas Prophetias. Est Concilii Later. sub Leone X. sess. 2. Graff. 1. par. lib. 4. c. 18. 19.

*Septima, contra recipientes, & dantes beneficia in confidentia: id est certa spe, quod ita est, uel erit, aut fuit, quocumque pacto tacito, uel expresso. Est Pii 4. in extrauag. quæ incipit Rom. Pont. Et Pii V, intolerabilis. Nau. in M. c. 23. n. 109. Sayr. lib. 3 c. 31.

*Octaua. cōtra peregrinantes in Ierusalem absque licentia Papæ, Archiep. Flor. 3. par. tit. 25. cap. 30. Nau. in Man. cap. 27. n. 109.

*Nona, contra Cardinales reuelantes secretum ueritum in confessorio à Papa reuelari, unde scandalum oriri posset Concil. Lat. sub Leone X. sess. 9. Nau. cep. 27. n. 110.

*Decima, contra occupantes bona Cardinalium, uel aliorum existentium in Conclauis, seu Electi in Papam, ligat etiam auxilium, uel consilium præbentes. Ex Concil. Later. Sess. 41. Candelab. Aut. de Excommunicatione num. 129.

*V
recip
con
Fra
70.
*
cler
dign
stip
pact
cum
tum
sup
tific
aut
Gre
uag
*
& i
ful
à lu
3.
ten
te r
159

*Undecima. contra scribentes vel recipientes libellos infamatorios contrainstituta SS. Dominici, & Franc. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 70. Tol. lib. 5. c. 64.

*Duodecima, contra laicos, & clericos, cuiuscunque status, & dignitatis, facientes promissiones stipulationes, conventiones, aut pacta quæ vulgo scommesse dicuntur aut contractum nominatum, vel innominatum faciunt super futura creatione summi Pontificis, viuentis ipsomet Pontifice, aut vacante sede Apostolica. Est Gregor. 14 quæ incipit, Li maluagi.

*De cimatertia, est contra iniquum & immanem Duellorum usum, quæ fulminata est à multis Pontificibus. à Julio 2. Leone 10. Clem. 7. lul. 3. Pio 4. Greg. 13. nouissimè autem à Clem. 8. renouata, & extensa est grauioribus pœnis, anno 1592. cuius Bulla incipit, Illius

vices, &c. In qua quidem primò confirmat suorum prædecessorum latam excommunicationis sententiam, & adiectas pœnas alias à Pio 4. extensionem Greg. 13. ad Reges, & Imperatorem, & ad omnes illos, qui etiam priuatim, & occultè, ex condicito & statuto tempore & in loco conuento Monomachiã etiam sine charrulis, patris & sociis commiserint. Secundo ipse Clem. 8. extendit eandem censuram, & pœnas alias ad loca ubique gentium, & inter quascunque personas Duellum tentatum fuerit, vel commissum etiam ad milites, in castris, propugnaculis & bello militantes, quamuis pactiones ineant de certamine dirimendo, cum primum alteruter vulneratus fuerit, vel sanguinem fuderit, aut certus ictuum numerus vtrinque illatus fuerit, vel conueniant bini, terni, & plures hinc & inde. Eadem censura com-

prehendi voluit etiam locorum
Dominos, Magistratus, & militum
Duces, qui hæc fieri permittunt
nec non illos, qui quomodocun-
que scripta, vel epistolas super
hoc componunt, diuulgant, vel
affigunt, Ac suadentes, prouocan-
tes quibusuis modis, & verbis, e-
tiam si defensionis proprii hono-
ris causa, id fecerint, Comitantes
socios, spectatoresq; ex industria
Tertio explicat pœnas, quibus
Monomachiam, & Duellum præ-
dictum committentes plectendi
sunt, Ultra namque excommuni-
catione ma. latæ sententiæ, quam
incurrunt, si in ipso conflictu o-
bierint ecclesiastica sepultura pri-
uantur: & Dominorum loca, op-
pida, & ciuitates Duellum permit-
tentium, interdicto ecclesiastico
exponuntur, & cum pœnarum
relaxatio, tum excommunicationis
absolutio. Pontifici Rom. tã-
tũ pro tẽpore existenti, reseruat.

*Excommunicationes nullire
servata á Toletó omiffa,
confeffariis tamen, &
pœnitentibus fcitu
digniffima.*

P*Rima, Contra illos, qui fine
auctoritate summi Pontificis
cômētarios, glosfas, interpre-
tationes Scholia, vel quoduis ali-
ud interpretationis geuns edunt
super Concil. Trident. Est Pii
Quarti in Bulla quæ incipit Be-
nedictus Deus, 2. edita ann. 1533.
Qua tamé non phibentur Lecto-
res, Doctores, & Scriptores aliqua
difficilia loca humiliter interpre-
tantes, sed tantum determinare,
ac definire fua priuata auctoritate
audentes qui certo de eis fit fen-
tiendum. Sayr. lib. 3. cap. 35. num.
21.

*Secunda, Contra Eiscopos, & superiores Romam accedentes, & absque licentia Papæ discedentes, & contra receptatores, non reuolentes Greg. lib. 4. cap. 24. n. 1.

*Tertia, Contra pingentes, inficientes, seu minio notantes, vel venales proponetes circulos cereos benedictos, qui vulgò Agnus Dei vocantur. Est Greg 13. edita anno 1572.

*Quarta, Contra scientes crimen commissum, vel committendum in Cardinales, si non reuelent Ordinario vel Papæ, opportunè. Nau. in Man, Capit. 27, numer. 150.

*Quarta, Contra laicos de fide disputantes, Habetur cap. 2. par. 1. de Hæresi in 6. cuius meminit Graff. 1. p. lib. 4. cap. 24. n. 17.

*Sexta, Contra auferetes oblationes ab altaribus, & redigentes illas ad laicale dominium, vt habetur in cap. Hanc. 10. quæst. 1.

*Septima, Contra non recipien-

tes in totum, vel in parte Biblia-
sacra editionis vulgatæ ex Concil.
Trid. sess. 4. cap. 3. Nauar. in Ma.
cap. 27. num. 150.

*Octaua, Contra officiales tertio
requisitos, negantes facere iustitiã
Habetur in cap. Administrantes
23. quæst. 3. Graff. 1. par. lib. 4.
cap. 24. num. 2.

*Nona, Contra procurantes a-
bortum per se, vel per alios pota-
tionibus, medicamentis, percus-
sionibus, venenis, aut laboribus,
seu oneribus mulieri prægnanti
impositis. Quæ ædita fuit a Sixto
V. anno 1588. Bulla quæ incipit
effrenatam, &c. Et erat Papæ re-
seruata, sed Greg. 14. eam mode-
rauit. nam quo ad fœtum inani-
matum reduxit ad terminos iuris
& Canonum, & Concil. Trid. dis-
positionem, reuocando omnes a-
lias speciales pœnas à Sixto V. a-
bortui decretas. Quo ad fœtum
autem animatum concessit facul-

ra tem

tatem omnibus confessariis approbatis: ut possent in foro cōscientiæ absoluerè à peccato, & ab Excōmunicatione. Ut fusius Sayr exponit. lib. 3. cap. 35. num. 25. & 26.

Decima, Contra illos qui in diuinationibus vanis, sacramentis abutuntur, aut nefariis precibus Dæmones inuocant, aut sacrificia illis offerunt, aut eos venerantur, & colunt, aut cum eis impia pacta faciunt. Est Ioannis 22. Papæ, relata in Directorio Inquisitorum 2. par. q. 43. & à Io. Azorio 1. p. Iust. Mor. lib. 9. cap. 26.

Suspensiones aliquot, quæ in Toledo non habentur.

Ordinās Religiosū vel clerici cū regularē nō professum, per annum à collatione or

dinum quos eiusmodi personis contulit suspensus est ut expresse habetur in Bulla Pii V. edita anno 1598. quæ incipit, Romanus Pontif. & c. Cuius meminit Nau, in Man. c. 27. num. 158. & Philarchus de offic. sac. dar. 1. lib. 40. 2. casu 15. qua quidem constit. Greg. 13. anno 1582. declaravit RR. Patres Societatis I. E. S. V. nequaquam cõprehendi, sed eos etiam non emissa professione posse ad titulum sufficientis litteraturæ ad ordines promoueri Sayr. lib. 4. c. 12. num: 21.

*Secundo, Per Bullam Sixti v. editam anno 1588. quæ incipit, Sæctum, & Salutare, & c. Suspendantur, qui ordinantur ad maiores, & minores ordines sine dimissoriis ante legitimam ætatem, vel extra tempora aut furtim, seu per saltum, aut si seculares fuerint, sine titulo sufficientis patrimonii, vel beneficii, aut non seruatis tem

porum interstitiis, & ultra hoc pri-
 uantur omni facultate, & spe af-
 cendendi ad alios superiores or-
 dines: & ultra irregularitatem,
 quam incurrunt, si ausi fuerint in
 prædictis ordinibus malè acceptis
 ministrare, soli Papæ reservatam,
 priuantur omni titulo, & benefi-
 cio, & Antistites sic in ordinum
 collatione peccantes a collatione
 quorumcunque ordinum & Ton-
 suræ, & ab executione omnium
 munerum Pontificalium, eo ipso
 suspensi, & ab ingressu ecclesiæ
 interdicti decernuntur, quam ta-
 men consti. Clem. 8. anno 1595.
 deinde ita moderatus est: ut om-
 nes eiusmodi pœnas aboleuerit,
 in futurum, in eisdem literis Sixti
 V. decretas, & ita reduxit ad tee-
 minos Can. & ad priscâ Pii 2. con-
 stitutionem, & decretum Conc.
 Trid. sess. 23. c. 12. & 13.

*Tertio, Mular aliq suspensiones in
 sacris Canonibus leguntur, vi-

delicet contra clericos, & Religio-
 sos Sacerdotes missam incomple-
 tam sine graui causa relinquentes
 Contra illos, qui celebrant, & ce-
 lebrando non communicant Con-
 tra benedicentes secundas nuptias
 & admittentes excommunicatos
 denunciatos ad sacramenta, diui-
 na officia, & sepulturam. Con-
 tra obiicientes aliquid in electum
 ad aliquam dignitatem si in pro-
 batione defecerint. De quibus vi-
 dere poteris Silur. Ang. Tab. ver-
 bo suspensio. Nau. in Man. c. 27.
 num. 151. Couar. in Clemen. si
 furiosus par. 1. de homic.
 Graff. li. 1. pa. c. 27.
 Sayr. li. 4. per
 totum.

FINIS.